



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 90. Synodi Diöcesanæ Monasteriensis decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

autem methodis nil tenuiter, nil juveniliter. Sæc. XVIII. A. C. 1730.
 ut pueri & rudes sed Philosophice & magnifice: Hanc laudem sibi promeruit suis commentariis in primam partem D. Thomæ de quæstionibus proemialibus de Deo uno, de Visione Beatifica, de scientia Dei, de voluntate Dei, de prædestinatione Sanctorum, de reprobatione impiorum &c.

§. XC.

Synodus Diæcesana Monasteriensis.

Hoc item anno Clemens Augustus Monasteriensis Episcopus die septima Octobris Diæcesanam habuit Synodum, in qua præcipue mandatum, ut Parochi sive Curati librum, in quo Baptizatorum, Patrinorum, nubentium & mortuorum nomina exacte sint notata, in visitatione Synodali Archidiaconi vel eorum Commissariis quavis vice exhibeant, & Archidiaconi diligenter inquirent, an Parochi, Saccellani, alique Beneficiati accuratum indicem reddituum, jurium Stolæ, aliorumque emolumentorum annuatim conficiant, ut hi, qui hac in re negligentes fuerint, corrigi & emendari possint.

§. XCI.

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

§. XCI.

*Scriptorum A catholicorum opera
decessus.*

Nonnulli etiam ex Scriptoribus A
tolicis hoc anno vitæ suæ fines
fecere, quorum opera posteritati reliqua
recensere, haud abs re erit. Ex his
igitur primus occurrit Jacobus Saurinus
Calvinista, qui, cum in certis calibus
mentiri, licitum esse defenderet, acriter
ceterorum invidiam sibi accerserat.
Pugnabatur aliquamdiu editis utriusque
scriptis, mutuis convitiis fædisque
minationibus, resque tandem eo de
ducta est, ut Saurinus, quamvis
vulgata dissertatione *de mendacio* opi
nionem suam vindicare molitus esset.
Ultrajecti tamen, Lugduni Batavorum
& Amstelodami coram Calviniano Syn
nedrio causam suam dicere cogeretur.
Scripsit præterea Synopsin Theologiae
& doctrinae moralis Christianae per
dum Catechismi, novem tomos ser
monum, sermones in S. Scripturam
& librum de Christiana Religione in
Francia. Obiit Hagæ Comitum die
trigesima Decembris. II. Joannes An
dreas Frommann, qui edidit tractatum
de inimicitia, ejusque effectibus, de
obligatione naturali, & correali, nec
non